Vicetiae (V 3117 vidit Mommsen). — 1) Sic excepit qui titulum saec. XVII descripsit Caldogni, . . alioru . . *agnovit Mommsen. Offendit saliorum vocabulum nude usurpatum, cum aut Palatini aut Collini dici debuerint.*

---

969 . . Martio L. f. Pom. | [*Mac*]ro[1] trib. mil. leg. II, IIIIvir. v[*iar.* | *cur., q.,*] aed. cur., pr., leg. Ti. Claudi Caes[*aris* | *Aug. pr.*] pr. provinc. Moesiae leg. IV Scyt[*hic.* | *et leg.*] V Maced.[2], procos. prov. Achai[*ae* | *citr*]a sor[*t*]em, ex d. d. p.

Arretii (XI 1835 vidit Bormann). — 1) Nomen supplevit Borghesi opp. 5 p. 183, coniciens eundem Martium Macrum nominari apud Tac. hist. 2, 23. 35. 36. 71. — 2) De munere legati provinciae Moesiae et duarum legionum in ea tendentium dixit Domaszewski mus. Rhen. 1890 p. 1 seq.

---

970 A. Didius G[*allus le*]gatus [*Ti.*]
Claudi Caes[*aris*] Aug. Ger[*mani*]-
ci[1], tr[*i*]umphal[*ibus o*]rnamentis,
[*XVvir*] s. f., proco[*s*]. . . . . . e[2] et Sicilia[*e*],
. . . . siae[3], pr[*aefectu*]s equitat.[4] . . . .
. . . . [*impe*]ratoris i[*ussu*]
[*dedit*][5]

Olympiae rep. (III S. 7247 descr. Purgold). — 1) A. Didius Gallus sub Claudio, ante a. 49, copias Romanas duxit trans Danuvium (Tac. a. 12, 15) legatus ut videtur Moesiae, qua in legatione puto hunc titulum positum esse. Postea etiam factus est legatus Britanniae (Tac. ann. 12, 40 Agr. 14). — 2) Fuit Asiae *vel* Africae. — *3) Hoc loco Mo. memoratam fuisse putat legationem Moesiae; sed potest hoc loco fuisse memoria quaesturae vel legationis provinciae Asiae. — 4) Supplevit Mo.; videtur Gallus militiam iniisse temporibus Augusti, sub quo adulescentes senatorii ordinis militiam auspicabantur non solum a tribunatu legionis, sed etiam a praefectura alae (cf. supra N. 911 not. 2). — 5) Supplevit Mo.*

---

971 *ciu . . . . id . . . .
regi sac[*ror.*], flam. . . . .
patric., leg. Caesaris pro[*vinciae . . . . ., comiti divi*]
Claudi in Britannia, ad . . . . [*legato*] . . .
[*p*]ro pr. in Hiberia ad sel . . . .
ornamenta triumph . . . .[1]

Histonii (IX 2847 semel descripta saec. XVII, a Phoebonio). — 1) Videtur is, cui hic titulus positus est, missus a Claudio vel a Nerone in Hiberiam ad turbas in hoc regno ortas (cf. Tac. ann. 13, 37) componendas, postea ornamentis triumphalibus honoratus esse. [V. 5 sel . . . *fortasse supererat ex vocabulo* sedandas *(Mo.)*].

---

972 C. Ummidio C. f. Ter. Durmio | Quadrato cos., XVvir. s. f., | leg. Ti. Caesaris Aug. prov. Lusit.[1], | leg. divi Claudi in Illyrico, eiusd. et | Neronis Caesaris Aug. in Syria[2], procos. | provinc. Cypri, q. divi Aug. et Ti. Caesaris | Aug.[3], aed. cur., pr. aer.[4], Xvir. stlit. iud., curat. | tabular. publicar., praef. frum. dandi ex s. c.

archive.org